Núm. 47. *Jueves 23 de Noviembre de 1893* Año XLI.

BOLETÍN DEL CLERO
DEL
OBISPADO DE LEON

DE LA SAGRADA CONGREGACIÓN DE RITOS

El Ilmo. y Rvmo. Sr. D. Antonio Sebastián Valente, Patriarca de las Indias Orientales y Arzobispo de Goa, propuso á la Sagrada Congregación la resolución de las siguientes dudas:

Dubium I. An stantes, aut genuflexi esse debeant Canonici initio Missae privatae Episcopi et ad benedictionen cum eidem Missae assistunt? Insuper in dicta assistentia an uti possint insignibus canonicalibus, an tantum superpelliceo, vel etiam rochetto, si ejus privilegio fruantur?

Dubium II. Potestne tolerari quod in Officio Feriae IV, V et VI Majoris Hebdomadae cantus Lamentationum, Responsoriorum et Psalmi *Miserere* fiat simul cum sono organi aut aliorum instrumentorum, et quod perdurante expositione Sanctissimi Sacramenti, concinantur versiculi (motteti) pariter cum sono organi aut aliorum instrumentorum musicalium, sive horis vespertinis Feriae V, sive de mane Feriae VI ejusdem Majoris Hebdomadae?

Dubium III. In cantu Evangelii Passionis D. N. J. C. per Majorem Hebdomadam potestne admitti:

LEON.

a) Usus trium pluteorum sive legivorum et totidem librorum?

b) Quod cantores habeant faciem conversam ad Celebrantem?

c) Quod unus cantorum sit in ambone et alii duo in separato quoque altari?

d) Cum Celebrans defectu ministrorum debeat esse unus ex cantoribus Evangelii Pasionis, debetne se collocare a cornu Evangelii, an vero a cornu Epistolae?

Dubium IV. In aliquibus Goanae Archidioeceseos Ecclesiis celebratur festum Transitus Beatae Mariae Virgini a die 13 ad diem 14 Augusti, per processionem qua defertur imago ipsius Deiparae in feretro deposita ac si demortua jaceret, ibique relinquitur usque ad primas Vesperas diei Assumptionis, tunc imago erecta sistitur ac si viva esset. Licet ne hujusmodi usus cum hisce ritibus tolerare?

Dubium V. Potestne tolerari ut velo seu pallio contegatur imago D. N. J. C. in processione Feria VI Majoris Hebdomadae quod generatim in Goana Archidioecesi locum obtinet, quemadmodum etiam in processione super memorata Transitus B. M. V. fieri solet?

Dubium VI. Prohibendus ne erit usus contegendi ramis et floribus tumulos, qui eriguntur in Ecclesiis occasione funeralium?

Dubium VII. In Seminario Racholensi quotannis celebratur cum magno pompae apparatu dies qua fit initium scholarum. Quaeritur utrum hujusmodi solemnitas praebeat sufficiens motivum celebrandi, ut fit, Missam votivam solemnem de Spiritu Sancto? Et quatenus affirmative, poterit ne Ordinarius indulgere veniam, ut in perpetuum haec Missa celebretur?

Dubium VIII. Quum Ecclesia praefati Seminarii Titularem habeat S. Ignatium de Loyola, debet ne ejusdem Sancti nomen commemorari in oratione «A cunctis» in Missis quae celebrantur in Oratorio interiori Seminarii, loco nominis Sancti Patroni loci?

Dubium IX. Potestne Ordinarius locorum transferre propter quodvis etiam leve motivum festivitates quoad solemnitatem extrinsecam, et permittere quod in die proprio Festi solummodo

Missa diei cantetur absque alia pompa in eadem Ecclesia, ubi celebranda orit festivitas in aliam diem translata?

Dubium X. Debetne aboleri, an servari potest communis praxis existens in Archidiœcesi Goana, quamvis ea sit contraria praescripto Ritualis, quod nempe in mandandis sepulturae clericis vel pueris, Parochus loco praecedendi sequatur feretrum, saltem quando hoc defertur a clericis?

Dubium XI. Utrum Episcopo adsistente in throno Missae celebratae ab aliquo qui habeat dignitatem in Capitulo, possit hic sedere ad hymnum «Gloria» et ad «Credo» contra thronum Episcopi in sella instructa brachiis et fulcimento pro humeris?

Dubium XII. Utrum Canonicis Missam celebrantibus solemnioribus diebus, cum vel sine adsistentia Episcopi, liceat uti alba ornata fimbriis seu reticulo a cingulo deorsum?

Dubium XIII. Utrum quando Ordinarius committit administrationem alicujus Parochialis Ecclesiae Sacerdoti Regulari, debeat hic sequi in celebratione Missae Kalendarium Dioecesanum an proprium Ordinis; et quatenus affirmative pro Kalendario proprio Ordinis, utrum Sacerdotes saeculares in eadem Ecclesia celebrantes debeant Dioecesanum Kalendarium sequi, etiamsi id importet differentiam quoad colorem paramentorum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, omnibus mature perpensis, ita propositis dubiis rescribendum censuit, videlicet:

Ad I. Stare debent tantum ad benedictionem, et adhibeant solummodo rochettum cum superpelliceo.

Ad II. Negative quoad Lamentationes, Responsoria et Psalmum «Miserere» nec non ad reliquas liturgicas partes: in versiculis autem coram Sanctissimo Sacramento tolerari posse, attenta antiqua consuetudine.

Ad III. Affirmative ad 1.^{am} partem: Negative ad 2 et 3: ad 4 Affirmative ad primam quaestionem, et detur Decretum in Tridentina 14 Martii 1836 ad 4: Negative ad secundam.

Ad IV, V, VI. Tolerari posse.

Ad VII. Ad primam partem decernendum ab Episcopo: ad 2 Negative.

Ad VIII. In Oratorio privato Seminarii Racholensis, in oratione «*A cunctis*» exprimendum est nomen Sancti Titularis Ecclesiae ejusdem Seminarii.

Ad IX. Negative.

Ad X. Servetur Rituale Romanum Tit. 6, c. 3, n. 1.

Ad XI. Obstant Decreta.

Ad XII. Tolerari posse.

Ad XIII. Ad 1.^{am} partem detur Decretum in Tuden. 23 Maii 1846 ad 5: ad 2.^{am} partem, Dilata.

Atque ita rescripsit et declaravit. Die 16 Junii 1893.— † CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, *S. R. C. Praef.* — Pro R. P. D. VINCENTIO NUSSI, *S. R. C. Secretario*, JOANNES CAN. PONZI, *Subst.*

Decreto respecto á ornamentos en la bendición solemne del Santísimo después de completas.

Senogallien dubia quoad paramenta induenda in solemni benedictione post Completorium.

De mandato sui Rmi. Episcopi, hodiernus Caeremoniarum Magister in Cathedrali Ecclesia Senogalliensi, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro oportuna solutione humillime subjecit, nimirum:

Dub. I. Quotiescumque, expleto Completorio, solemnis benedictio cum SSmo. Eucharistiae Sacramento adstantibus christifidelibus in Ecclesia Cathedrali impertitur, sacri Ministri pro Dalmatica et Tunicella supra Albam, possunt ne supra rochettum vel superpelliceum tantum induere Pluviale? Canonicus vero celebrans potestne adhibere tantum Amictum, Estolam et Pluviale, Alba omissa?

Dub. II. In ejusmodi Benedictione quae immediate datur post Completorium, sacri Ministri indui ne possunt iisdem cujusvis coloris paramentis, quibus antea usi sunt ad Vesperas?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, re mature perpensa, ita propositis dubiis rescribendum censuit.

Ad I. Sacri Ministri in casu induantur Dalmatica et Tunicella, et Sacerdos celebrans Albam deferat sub Pluviali.

Ad II. Utendum paramentis nonnisi coloris albi.

Atque ita rescripsit et servari mandavit die 12 Maii 1893. —C. Card. Aloisi-Masella, S. R. C. *Praefectus.*—S. ✝ E.— Vincentius Nussi, S. R. C. *Secretarius.*

EL APOSTOLADO DE LA PRENSA

No hace todavía dos años que se ha fundado en esta Corte la benemérita Asociación llamada *Apostolado de la Prensa*, y de ella se puede decir ya que ha extendido sus raíces, bendecida por el Cielo, á todas las clases de la sociedad.

Son incalculables los males que han causado en nuestra España las perniciosas lecturas que ha producido la prensa impía. Es un ponzoñoso veneno que se ha derramado á torrentes por los pueblos y ciudades, sin reparar en medios y á costa de muchos sacrificios, tanto pecuniarios como personales. Para neutralizar de algún modo esta corriente corruptora se fundó el *Apostolado de la Prensa*, con aplauso general del pueblo fiel, que veía traspasado de dolor á los periodistas católicos reñir entre sí extrañas y inútiles batallas, mientras nuestros enemigos tomaban ventajosas posiciones y esgrimían libremente sus armas en periódicos, libros, folletos y revistas, infiltrando con ellos por lo menos la indiferencia en las almas creyentes.

La Asociación del *Apostolado de la Prensa*, poniendo sus miras por encima de las cosas políticas y de las cuestiones personales, comenzó la publicacion de selectos escritos, que repartió gratuitamente á las clases populares, en que se desarrolla paulatinamente un cuerpo de la más pura doctrina, especie de catequesis, que en forma amena, revestida con las galas de

nuestra hermosa literatura, explica las verdades fundamentales de nuestra fe y pone de relieve las ridículas enseñanzas de la prensa sectaria, que se propone emponzoñar los sentimientos que naturalmente brotan del corazón del pueblo.

Si por el fruto hemos de conocer el árbol, por los siguientes opúsculos formaremos idea del interés é importancia que tiene ya entre nosotros el *Apostolado de la Prensa*. Se han publicado.

I. *El por qué de la religión*.—II. *Más sobre la religión*.—III. *Si es verdad que existe Dios*.—IV. *¿Qué es eso de la confesión?*—V. *Burgueses y proletarios*.—VI. *Pan y Catecismo*.—VII. *El tercero, santificar las fiestas*.—VIII. *¿Quién ha vuelto del otro mundo?* - IX. *¿Para qué sirven los Curas?*—X. *Católicos y masones*.—XI. *Guerra á la blasfemia*.—XII. *Creo en Jesucristo*.—XIII *¿Y á mi qué?, ó los indiferentes en religión*.—XIV. *La farsa protestante*.—XV. *A cumplir con la Iglesia*.—XVI. *Las malas lecturas*.—XVII. *Libertad, Igualdad y Fraternidad*.—XVIII. *La Madre de Dios es mi Madre*.—XIX. *La única ciencia necesaria*. – XX. *Cuentos alegres y verdades tristes*.—XXI. *Muerte, juicio, infierno y gloria*.—XXII. *Nuestra religión es divina* (primera parte)

Cuenta la Asociación con la bendición de los Rmos. Prelados, la mayor parte de los cuales han recomendado en los *Boletines Eclesiásticos* la obra del *Apostolado de la Prensa*, y cuenta con la bendición y recomendación del Supremo maestro de nuestra santa Iglesia, el Romano Pontífice, que se ha dignado dirigir al dignísimo Presidente y á los miembros de la Asociación un interesante Breve, que copiamos íntegro, para satisfacción de todas aquellas personas que prestan su apoyo personal ó pecuniario á esta interesante obra, y para conocimiento de todos nuestros respetables lectores, seguramente, en deseos de favorecerla en la forma que les sea posible. Dice así:

LEÓN, PAPA XIII

AMADOS HIJOS, SALUD Y BENDICIÓN APOSTÓLICA.

Gratísimas y muy halagüeñas noticias han llegado hasta Nós acerca de la Asociación española que se intitula el *Aposto-*

lado de la Prensa instituida en Madrid hace cerca de dos años. Esta Sociedad tiene por nobilísimo fin trabajar sin descanso en propagar gratuitamente entre las clases populares lecturas morales y religiosas y en convertir por ellas á su antigua pureza las depravadas costumbres de la sociedad.

De alabar es este propósito, saludable más que cualquier otro y sobremanera acomodado á las necesidades de nuestros tiempos. Que á nadie se oculta con cuánta impudencia en mentir y con cuánto furor los escritores impíos extienden por doquiera sus perniciosos errores, deprimen la autoridad santísima de la Religión cristiana, y por medio de periódicos, libelos y publicaciones torpemente ilustradas y profusamente difundidas, alimentan la concupiscencia humana, ya inclinada al vicio por la corrupción de nuestra naturaleza.

Contra tan criminales intentos es oportunísimo y muy beneficioso el que los católicos se animen, que adunen sus fuerzas y usen para la defensa las mismas armas que usan los adversarios para el ataque de la verdad. Por lo cual Nós juzgamos que vuestra Asociación es dignísima de que florezca y se vigorice, y que así como cuenta con Nuestra singular estimación, así merezca el apoyo de todos los buenos, y mucho más cuando Nós hemos sabido que en el poco tiempo de sus trabajos ha producido abundantísimos y excelentes frutos y dado esperanza cierta de que ha de seguirlos produciendo aún más abundantes.

Así, pues, para que á todos conste más y más Nuestra muy particular benevolencia, y con cuánto gusto vemos los trabajos de vuestra Asociación, y puesto que así Nos lo habéis suplicado, hemos decidido abriros los divinos tesoros de la Iglesia, y por Nuestra autoridad apostólica concedemos *á todos los socios del «Apostolado de la Prensa» presentes y futuros*, verdaderamente arrepentidos, confesados y que hayan recibido la Sagrada Comunión en el día de San José, Patrono de la Iglesia universal, en el del Santísimo Nombre de Jesús y en la Feria sexta después de la Octava del Santísimo *Corpus Christi*, el que, visitando su propio oratorio, si lo tuviese, y si no la iglesia parroquial, ó cualquiera otra, y rogando á Dios por la concordia entre los Príncipes cristianos, extirpación de las herejías, conversión de los

pecadores y exaltación de nuestra Santa Madre la Iglesia, consigan indulgencia plenaria y remisión de todos sus pecados, aplicable, por vía de sufragio, á las benditas almas del Purgatorio. Entretanto, amados hijos, á vosotros y á los que de cualquier modo favorezcan á vuestra Asociación con sus trabajos, con sus limosnas ó de cualquier otra manera, como auspicio de celestiales gracias y prenda de Nuestra benevolencia, concedemos de corazón Nuestra Bendición Apostólica.

Dado en Roma, cerca de San Pedro, bajo el anillo del Pescador, el día 15 de Mayo de 1893, de Nuestro pontificado el año décimosexto.—LEÓN, PAPA XIII.—S. CARD. VANNUTTELLI, *Prefecto de la Congr. de Indulg.*»

Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero de la Diócesis.

Ha manifestado por medio del Sr. Arcipreste de Argüellos, que deseaba pertenecer á la Asociación, é ingresa en ella:

N.° 797—Sierra Alvarez, D. Teodoro, dentro del primer año de su ordenación

León, 20 de Noviembre de 1893.—Dr. José Fernández Bendicho, Arcipreste Secretario.

Número 17.

El día 28 del pasado Octubre, falleció D. Eduardo Panizo, cura de Oceja; y habiéndose hecho constar que pertenecía á la Asociación y por certificado del Sr. Arcipreste que tenía aplicadas las misas, todos los asociados celebrarán por él la de Reglamento.

Imp y lib de los Herederos de Miñon.